



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecvmenici Concilii Tridentini, Pavlo III.  
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et  
Decreta**

**Tridentinum <1545-1563, Trient>**

**Coloniae, 1615**

De necessitate pr[a]eparationis ad iustificationem in adultis, & vnde sit.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42415**

e Colo. 1. *ficio Apostolus gratias nos e semper agere hortatur Patri, qui dignos nos fecit in partē sortis Sanctorum in lumine, & eripuit de potestate tenebrarum, transtulitq. in regnum filij dilectionis sue; in quo habemus redemptionem, & remissionem peccatorum,*

*Insinuatur descriptio iustificationis impij, & modus eius in statu gratiæ.*

## CAPVT IV.

d Gala. 4. *Q* *Vibus verbis iustificationis impij descriptio insinuatur, vt sit trāslatio ab eo statu, in quo homo nascitur d filius primi Adæ, in statum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Iesum Christum, Saluatorem nostrum, que quidem translatio post Euangelium promulgatum, sine lauacro regenerationis, aut eius voto fieri nō potest, sicut scriptū est:*  
 Tit. 3. *e Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu sancto, non potest intrare in regnum Dei.*

e Ioa. 3. c. *filius & c.*  
 nō dubi-  
 ro. de cō-  
 fe. dist. 4.

*De necessitate præparationis ad iustificationem in adultis, & vnde sit.*

## CAPVT V.

*D* *Eclarat præterea, ipsius iustificationis exordium in adultis à Dei per Christum Iesum præueniente gratia sumendum esse, hoc est, ab eius vocatione, qua nullus eorum existētibus meritis, vocantur; vt, qui per peccata à Deo auersi erant, per eius excitātem, atq. ad-*

*iuuan-*

uantem gratiam suam ad cōuertendum se ad  
 suam ipsorum iustificationē, eidem gratiæ li-  
 berè assentiendo, & cooperando, disponatur:  
 ita vt, tangente Deo cor hominis per Spiritus  
 sancti illuminationē, neq homo ipse nihil om-  
 ninò agat, inspirationem illam recipiēs, quippe  
 qui b illam & abijcere potest, neq tamen si-  
 ne gratia Dei mouere se ad iustitiam coram il-  
 lo libera sua volūtate possit. vnde in sacris lit-  
 teris, cū dicitur: c Conuertimini ad me, &  
 ego cōuertar ad vos: libertatis nostræ ad mone-  
 mur, cū respondemus: Conuerte nos Domine  
 ad te, & conuertemur: Dei nos gratia præueni-  
 ri confitemur.

Motus præparationis.

CAPVT VI.

**D**isponuntur autem ad ipsam iustitiam, dū  
 excitati diuina gratia, & adiuti d fidem  
 ex auditu concipientes, liberè mouentur in  
 Deum credentes vera esse, quæ diuinitus reue-  
 lata, & promissa sunt; atque illud imprimis, à  
 Deo iustificari impium per gratiam eius, per e-  
 redemptionē, quæ est in Christo Iesu, & dum  
 peccatores se esse intelligentes, à diuine iusti-  
 tiæ timore, quo vtiliter cōcutiuntur, ad cōside-  
 randā Dei misericordiā se cōuertendo, in spem  
 eriguntur, fidentes Deum sibi propter Christū  
 propitium fore illumq; tanquam omnis iusti-  
 tiæ fontem, diligere incipiūt: ac propterea mo-  
 uentur f aduersus peccata, per odiū aliquod, &

de-

a Inf. c. 3.

b Prosp. 1.  
 2. de voc.  
 gentium,  
 c. 28 & 29.

c Zach. 1. a  
 loel. 2. c.

conuerti-  
 mini de  
 pœ. dist. 1.

Thre. 5. d.  
 Hier. in

fi. oratio-  
 nis, & ca.

11. c.  
 d Ro. 10.

e Rom. 3.

f Inf. cap.  
 14. & Sess.

14. cap. 4.  
 de contri-  
 tione.